



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses  
Viator**

**Millieu, Antoine**

**Lugduni, 1636**

VII. Aquæ de Petra, & victus Amalec.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69066)



LIBER SEPTIMVS.  
 STATIO AD RAPHDIM,  
 VBI A'QVÆ DE PETRA,  
 ET VICTVS AMALEC

**I** ALIA fundebat memorans oracula Vates,  
 Pascebatque animos diuini nectare verbi.  
 Interea gentes Arabum, vicinaque regna

Amaleci-  
 tz arma  
 capiunt.

Inuidia, & timor acer agunt, defendere fines,  
 Aut armis premere incautos, temereque vagantes  
 Isacias furtim insidiis accidere turmas.

Gebalitis  
 petrosa.

Sollicitat socios Amalecus, & undique vires  
 Rupibus aërius septa Gebalide condit.  
 Scrupea latronum statio, & peridonea furtis  
 Vallibus obliquis, saxis pendentibus antra,  
 Ingentesque super scopuli contracta latebris  
 Arma tegunt, bellique metum, faciemque pericli  
 Dissimulant altam mentita silentia pacem.

**2**  
 Huza,  
 Rex Ama-  
 lec, Esau  
 nepos.

Thamniades Rex Huza locis, de stirpe profana  
 Villosi patris, & rufa de gente, parentis  
 Intestina fouens odia, ac de ventre creatas  
 Exercens inimicitias, queis viscera matris  
 Torserunt gemini fratres certantibus iris,

Iacob &  
 Esau in  
 vtero pu-  
 gnant.  
 Gen. 25.  
 22.

Quis prior exiret partu sub luminis auras;  
 Ceu faceret partu heredem Lucina priorem.  
 Diu sed humanas prauertit gratia sortes,  
 Maiori antestare dolet natura minorem.

Hinc

Hinc ille lacryma, & senis rugitibus ardens  
 In fratrem furor; & simulata iniuria forma,  
 Hirsutâsque manus mentitâ vellere pelles.  
 In sobolem transmissa odia, & sine foedere bellum,  
 Cadmeisq; rogis par, aut inimicior ignis.

Esaydes Eliphaz Amalecum è pellice Thamna  
 Sustulit: hic gentis Princeps, & fautor auiti  
 Dissidij, Isacidâs sceleratis appetit armis;  
 Insanus! quem nec Pharia experientia cladis,  
 Nec presens adeo auxiliium, tutelâque cœli  
 Deterrent: Draco Tanarius caligine mentem  
 Eripuit, tumidoque iras, & cornua Regi

Addiderat, faciem, & voces imitatus Orestâ;  
 Qui volucres ducens alas, Hebraea latenter  
 Agmina iandudum exterior sectatur, & omnes  
 Explorare vias iussus, tum commoda fraudi  
 Tempora; deprensosque hostes, victosque canebat.  
 Ille premens fumantis equi calcaribus armos,  
 Aduolat, & Regem dictis audacibus implet.

Quid segnes cessamus? ait: cur perdimus horam,  
 Quam fortuna dedit; populique ignara, Ducisq; que  
 Anxietas; quo castra loco se exanguia condant?  
 Exarmat, quos ipsa fames? nec vincere captos  
 Gloria; sed spoliis tamen exonerare paratis  
 Lucundus labor, & dulcis sine sanguine merces:  
 Niliacis, nec enim mentitur fama, grauantur,  
 Agmenque impediunt opibus, quas callidus author  
 Consiliique, fugâq; sacri simulamine cultus,  
 Abstulit, & furtis Superum prætendit honores.  
 Nunc trepidi, tergisque suis instare pauentes  
 Respectant dominos, temerèque per auia lapsi,  
 Ultricem fugitant extrema per omnia pœnam.  
 Detrectant Ducis imperia, & iam pœnitet ausos

Deseruisse

Orestas,  
 magister  
 equitum.

Satanas  
 Orestam  
 simulat.

3  
 Ostendit  
 faciles in-  
 fidias.

Fessum &  
 graue  
 spoliis  
 agmen.

220 MOYSES VIATOR.

Fame &  
siti con-  
fectum.

Deseruisse Pharam; mallentque reducere praeda.

Cogit enim malesuada fames, & squalida dira  
Regna sitis; natumque opera ad seruilia vulgus.

Vidi ego confectos macie frustra que gementes,  
Rorantem in foliis quassisse humentibus imbrem,  
Ad Pelusiacam memores suspiria lentem

Misisse, optantes luteos iterare labores.

Libertas adeo vilis! seruire paratos

Annona exigua, & nullo mercabere sumptu.

Ipsa fames tibi victa virum simulacra subegit,

Primigenamque tuo tandem te iure reponit.

4 Sic fatus Regem Furiis immanibus ambit,

Huza lo-  
cat suos  
in insidiis.

Ardentesque animos praeda inuitante laceffit.

Poscit equos; equitumque iubet praecurrere turmas;

Lanaque Isacidas gyro exteriori sequentes

Ingruere, ut fraudum fauces monstrarit Orestas,

Insidiisque locum, si qua se diuidat agmen

Hebraum, aut fesse sidant sub fasce cohortes.

Praecipue si vulgus iners, onerataque turba

Langueat armatis retro diuulsa cateruis;

Hinc fore prima lenis tentanda pericula pugnae;

Inde peti bello auspiciam, & felicibus armis

Fortunam, praesto in mediis cum robore regni

Adfore, & illatis ausurum ex omine signis,

Facturumque grauem certo discrimine pugnam.

Mentitur magnam Regi spes lubrica partem:

Auspiciam facit illuso victoria fallax.

5  
Statio no-  
na Daph-  
ca.

Mouerat in Daphcam Nubes; hinc migrat

Aluntem

Alus de-  
cima.

Versus; & ad Raphidim undecima statione quiescit;

Statio vn-  
decima

Arenti, & sine fonte plaga; sitis asperat iras,

ad Raphi-  
dim.

Instigatque furor fessos: iam murmure seuit

Turba minax, solitisque Ducem petit impia linguis.

Duc,

*Duc, age, duc properam ad mortem, seuissime,  
fratres.*

Murmur  
& seditio  
ob aquæ  
inopiam.

*Parcere quid simulas, quos lento conficis igni?*

*En morimur, fractique viâ, lymphisque negatis*

*Subsidio vitæ primò: da protinus amnem,*

*Quem populus bibat, & pecudes; da nubibus imbrem,*

*Aut morere, & populi flammam restingue cruore.*

Lapida-  
tio.

*Hæc simul, & iam saxa manu furiale minantes*

*Intentant, iacerentque, nisi placidissimus Heros*

*Frangeret alloquiis, & verbis mollibus iras,*

*Spe Superùm, & cœli clypeo septemplex fretus.*

*Nec vestram inficior mercari sanguine vitam.*

*Isacida, neque morte mea recludere fontes,*

*Si qua patens hac vena viâ, neque me ista cruentant*

*Probra, vel hi terrent lapides, intentaque tela.*

*Spes me læsa mouet, summique iniuria Patris,*

*Cuius iam toties fodiunt hæc iurgia pectus;*

*Solæque propensam possunt auertere dextram*

*Muneribus, vel lethales arcessere riuos*

*Fontibus è Stygiis, gentique inducere pestem.*

*Si placuit tentare Deum, tentate precando;*

*Mecum humiles conferte preces. Sic fatus, ad astra*

*Vertitur, & præsens Numen, flammante columnâ,*

*Compellat. Poterisne, Pater, miserescere gentis*

*Ingrata, & populum toties tolerare furentem?*

*Nunc etiam infesti, verbisque ferocibus instant;*

*Extorquere odium potius, quam vota merentes,*

*Si tua nequitia bonitas succumberet vlli.*

*Respice nos tamen, & latices largire petitos.*

*Æthereæ quorsum fruges, quibus vnda negatur?*

*Imple epulas, fontesque tuis ne subtrahere mensis.*

*Frangar ego saxis, redimam dum sanguine lymphas,*

*Et populus bibat iste tuus. Sic ore precatus,*

Moyfes  
fedat po-  
pulum.

Scelus  
murmur-  
ris.

A Deo  
petenda  
aqua.

6  
Aquam  
poscit à  
Deo Mo-  
ses.

Sentit

222 MOYSES VIATOR.

Deus a-  
quā pro-  
mittit.

Sentit opem, & maiora suis miracula votis.  
Nam Deus è croceo respondit talia nymbo.

Christus,  
fons vi-  
tz.

Sanguinis alterius merces erit ista Sequestri,  
Percusso cuius salient de corpore fontes,  
Ille mihi sanguis pretium pendetur aquarum,  
Quas statuo vobis olim, mundoque piandis:

Petra ma-  
nalis,  
Christus.

Isacida, gentésque bibent: vos illa sequetur  
Saucia multiplici manalis vulnere Petra,  
Lustrandoque suas orbi circumferet undas:  
Illam ego percussam ligno, ferroque recludam:  
Inde salutiferos lati potabitis amnes.

Typus  
Christi,  
petra in  
Horeb.

Tu modo tolle manu Virgam, quā sanguine flumen  
Mutasti; & Tribuum ducibus comitantibus ito  
Huc ad finitimi scopulos festinus Horebi;  
Ostendam silicem presens, qua tacta repente  
Dissiliet, largumque fluens tabescet in amnem.

7  
Angelus  
super pe-  
tram.

Sic ait. Ad montem Procerum spectante coronā  
Adstiterat Moses: scopuli super ardua stantem  
Aligerum videt, & saxum, venamque notantem  
Turba Ducum testes oculos intenta tenebat,  
Ad quos elato radio sic Legifer insit.

Moses  
contesta-  
tur du-  
ces.

Nunc etiam tanto impietas in lumine caca  
Ambigit, an presens Deus huc vocet agmina ductor?  
At vos ille adhibet testes; hac iudice petra.  
Si Deus ipse author negat hoc mihi flumina saxo,  
Mentior, & vanum merito conserpente ferro:  
Si fluuios dabit iccta silex, qui castra pererrent;  
Mentitur caca impietas, vel iudice saxo,  
His illam scopulis producta redarguat vnda.

Percutit  
petram.

Sic ait, & Virga perfossam cuspide rupem  
Impulit; illa tremens venis exundat apertis;

Saliunt  
aqua.

Mille vias toridem riuis simul undique laxat;  
Mille sonant ranci salebris obstantibus amnes:

Sed

Sed salebras, & saxa rotant, campoque refusi  
 In fluuios coeunt: bibulis procurrit arenis  
 Vnda sequax, aperitque vias sidentibus alueis,  
 Importatque nouis undantia pocula ripis.  
 Sic cum valle caua scopulis hinc inde reuulsis  
 Procumbens medio cursu mons impedit amnem,  
 Aggere saxorum, & syluis obstantibus vnda  
 Assurgunt stagnante lacu, molémque superstant  
 Victrices: tum prona repens per saxa voluta  
 Dant sonitum, rapidisque fremunt torrentibus inter  
 Luctantes scopulos, seque eiaculantur in auras  
 Stagna arctata vadis, & iter sibi spumea rumpunt  
 Per scatebras, & mille secant sola plana fluentis;  
 Pracipiti rapuere casas, campumque ruina.  
 Haud aliter scissâ decurrunt flumina petra.  
 Absorpti propè sunt Proceres salientibus altè  
 Euripis, vix tanta oculis miracula credunt  
 Testibus; attonitique fatentur munere Numen.  
 Infusi campo latices in castra feruntur  
 Multiplici flexu, scatebrisque perennibus undant  
 Pocula Achemenio non inferiora Choaspi.

Dicite, Pegasides, quibus alitis vngula fontem  
 Fodit equi; & vitreis concepta Naiades antris;  
 Scitis enim quibus è thalamis ingentia currunt  
 Flumina, vel tacito subter traducta meatu  
 Interius vegetant terras, quibus ille latebris  
 Erupit liquor, & subito tactu ocyor amnis  
 In siccos salit scopulos, venasque micantes  
 Per solida effracta traiecit viscera rupis  
 Nictu oculi? quid enim virga miranda potestas,  
 Imperiumque viri, nisi summo impulsa tridente  
 Et fontes, & saxa manum sensere Tonantis?  
 An radij impulsu cautes tabescere iussa,

Memento

Fluuius  
exundās.Similis  
torrenti-  
bus clau-  
fis.Fluuius  
de petra  
petit ca-  
stra.8  
De causa  
& origine  
noui fon-  
tis.Deus fon-  
tis autor.

224 MOYSES VIATOR.

An con-  
uerfa ru-  
pes in a-  
quam?

An late-  
bat fons  
alveo ru-  
pis?

Plura hîc  
miracula.

9  
Conse-  
quês He-  
bræos pe-  
tra,  
1. Corint.  
10.

Deuter.  
32. 13.

Dei libe-  
ralitas.  
Oleum  
auctum  
ab Eli-  
szo.

*Momento in liquidum defluxit largiter imbrem?*

*Densâque continuò sic rarefcentia fluxu*

*Montis in elicitas abierunt viscera lymphas?*

*An Deus ipse aquilex cecis dedit ostia stagnis*

*Scissa rupe? cauo penitus qui monte latebant*

*Erupère lacus, pelagique ab origine primâ,*

*Vt fontes alij, venâ fluxère perenni:*

*Nam sic, ut perhibent, non raro erumpere sueti*

*Montibus abruptis ignoti gentibus amnes.*

*An velut in fluiuis sapiens librator aquarum,*

*Arcanum patefecit iter? punctoque coëgit*

*Temporis, emissas ferri siphonibus undas?*

*An potius simul hîc plures permiscuit artes?*

*Dissoluit primùm rigidas in flumina cautes,*

*Sicque dedit procul alta cauo spelæa meatu;*

*Tum pelagi humorem scruposis intulit antris;*

*Saccatùmque sinu gelida telluris, in auras*

*Dulcibus extrusit iussum ebullire scatebris.*

*ARS ILLI MANVS, atque artis mensura voluntas.*

*Quid, si que placuit Iudæis fabula chartis*

*Non adeò magnum lapidem, plaustròque vehendum*

*Circum castra, dedit MANALEM gentibus esse?*

*Impositus curru iuges, velut amphora, lymphas*

*Uberibus semper plenis, semperque paratis,*

*Fundebat populis circum subdentibus urnas;*

*Et modò Palladij riuus manabat oliui,*

*Nunc dabat Aëtaum nectar de rupice mammâ.*

*Sugebant de petra oleum, & de marmore mella:*

*Credo equidem, quid enim indignum, genioque*

*paterno,*

*Munificâque manu; paribus que prodita monstris,*

*Mirificè toties securos pavit alumnos?*

*Sic & inexhausti suffecit gustus oliui*

*Implendis*



Implendis tot deinde cadis, cùm norma fluendi,  
Et modus adnotis tantùm penderet ab urnis;  
Nec vacuâ ubertas depleri posset ab orcâ.

Sic vidua expugnata fames, Vatisque fauore  
Flammiuomi exigua superarunt liba farina,  
Ne modica exhausto decresceret hydria fundo,  
Dum defrenatis caderent de nubibus imbres:  
Nam verbo Elicius frenarat nubila Vates.

Sed, quid ego te præteream, fortissime gentis  
Dux, idem milésque tuæ; qui prælia solus  
Conficis, & nullam sociis spem ponis in armis?  
Quæ latices præferre suos Aganippides ausint,  
Aut conferre tuis? quamvis Neptunius Ales  
Illis eximium famâ regnator equorum  
Elicuit fontem; tibi mala molaris aselli  
Exhibuit lymphas. Flammiis populantibus agros,  
Ultus erat Samson polluti fœdera lecti;  
Nec soceri incensi pœnâ, nec coniugis igni  
Vindice contentus, ruptis in prælia vinculis,  
Marterem oculis spirans, medios irrumpit in hostes,  
Incursumque ruit cuneos; pedibusque cadentes  
Proterit; elisis illos dat faucibus Orco;  
Immolat has pugnis; protrudit calcibus illos;  
Obruit hos clypeis, granibusque elidit in armis;  
Extorquetque manu, frangitque trabalia tela;  
Nec ferrum torquere suum dignatur in hostes.  
Victor erat, maxillam asini cùm fortè iacentem  
Ante pedes videt; hanc dextrâ rapit arduus Heros.  
Hec fuit Herculeo non mendax claua labori  
Insultans ignominiam fugientibus infert.  
Tôtne Philisthæos Satrapas dare terga rudentis  
Ad pecoris malam? vestris hæc mortibus arma  
Degeneres, hæc digna dabunt iam funera victis.

P

Dixit,

Elias au-  
xit farinâ  
& oleum  
viduæ.

IO  
Samson.

Fons è  
molari  
maxilla.  
Aganippe  
asini è  
dente.

Samsonis  
arma, &  
victoria.

Maxilla  
asini cla-  
ua He-  
bræo Her-  
culi.

226 MOYSES VIATOR.

Dixit, & intonso fatalem vertice crinem,  
Hispidaque ora comis arrecto horrore tremendum,  
Erigit, & nullo mortis discrimine miscet.

Gloriatur  
victor.

Mille viros illo telo certamine sternit.  
Martia Nazarei pertentat gloria pectus,  
Proiiciensque manu telum victrice, trophæo  
Constituit; laudisque animum dulcedine mulcet.

Tropæū.  
Elevatio  
maxillæ.

Hæc manus, hoc telum est, inquit, quibus edita  
strages

Mille virum, stagnatque hostili sanguine campus;  
Quid, si animis paria arma meis fortuna dedisset,  
Atque Philisthæas omnes hoc pulvere turmas?  
Hoc poteram finire vno certamine bellum.

Hæc asini maxilla loco dabit inclyta nomen.

Deterius telum est, victoris adorea maior.

Sitit mi-  
les glo-  
riofus, &  
siti doce-  
tur.

Sic fatur: flagransque siti, squalensque decoro  
Pulvere, nequicquam cursu vestigat anhelos  
Exiguum laticem, & tenuis solatia vena.

Me miserum! victorem, inquit, victoria perdit;  
En morior! meque hoc morientem poenitet unum,  
Quod nondum mea mors magno satis hostibus em-  
pta est.

Bellipotens Deus, hanc ego nunc si te auspice victor  
Fudi aciem, venitque tuo mihi munere palma,  
Siccine me extinguere lymphis patiere negatis?

Fons è  
molari  
dente.  
Fons è  
petra fi-  
milis ca-  
dè manu.

Adfuit oranti Deus; excussumque molarem  
Maxillari aperit clauam, fontemque reuulso  
Dente ciet, gelidumque iubet scaturire liquorem.  
Inde sitis compressa; fluunt in secula lymphæ,  
Abruptumque vehunt terris, & nubibus amnem:  
Ars in utroque eadem viget, & par fonte potestas.  
Illa dat è saxo fluuios, è dente fluentia.

II

Sed mihi iam dudum nimis, ô Mauortia Cleio,  
Naiadum

Naiadum sectaris aquas, cum seua cruorem,  
 Classica turbatis fundant Amalecia castris,  
 Hebraoque nouum tingatur sanguine flumen.  
 Ergo age, sume tubas, Amaleco occurre furenti;  
 Nunniada te signa vocant, tibi ductor IESVS  
 Arma canenda mouet: clypeum nemo aliis vnquam  
 Extulit; aut acies meliori nomine fudit.

Transitus  
 ad bellum  
 Amalec.

Vix bene libatis populus confederat undis,  
 Extremum nec adhuc vallo se incluserat agmen:  
 Ieiuni, fessique via; nam plurima vulgi  
 Restiterat retrò turba, & languentia longâ  
 Membra siti, vix incenso sub Sole trahebat,  
 Fascibus, & multâ grauior Mareotide prædâ.  
 Quos ubi presidio nudos conspexit Orestas,  
 Præq; siti effossis humorem lambere glebis;  
 Exoritur media tumulo improuisus arena,  
 Illatisque ferox interfecat agmina turmis.  
 Hinc ferit; inde fugat; nullisque obstantibus alas  
 Explicat, & longo palantes orbe reflectit.  
 Hinc fugiunt, atque inde; fugam cõplexus utrinque,  
 Dedentes clamore manus, prædâque trucidat.  
 Tolluntur lamenta polo promiscua vulgi;  
 Nec lacryma fera corda mouent, nec plebis inermes,  
 Fœmineq; manus, annis nec fessa senectus.

Extremû  
 agmen Is-  
 raëlitârû.

Insidiæ ab  
 Amalec.

Cæditur  
 vulgus  
 fessum via  
 & siti.

Qui procul extremi steterant auertere frontem,  
 Audito clamore parant, ac rursus Aluntem  
 Retrogunt; quibus occurrens Amalecius Huza  
 Instat, & auersos furiis maioribus urget;  
 Inciditque fugam, & cædes inglorius edit;  
 Infantumque super, proiectaque corpora matrum  
 Calcât eques, nec quem feriat stantem inuenit hostem:  
 Strata iacent, nullumque hebetant tot funera ferrum.  
 Sic ubi diuersis pascuntur buccera campis

I 2  
 Huza Rex  
 fugam  
 claudit.

Strages  
 Hebræo-  
 rum.

P 2 Armenta,

## 228 MOYSES VIATOR.

Caduntur  
ut vituli à  
leonibus.

Armenta, & vituli tauris absentibus errant,  
Pastorūque procul custodia fertit in umbrā,  
Impasti teneram sobolem inuasere leones,  
Cui nondum nodosa toris, nondum ardua ceruix

Amaleci-  
tae similes  
leonibus.

Cornibus, & fortes carecto, & cantibus armi:  
Securi, imbellēsque terunt noua pascua pratis,  
Et facilem praedam molles lactentibus annis  
Marmaricis fecere feris: illi apta rapinis  
Tempora corripunt, indignatūque cruentos  
In pecus abiectum mergunt immaniter ungues,  
Quod super ire satis fuerat, stratūque relinqui,  
Et dare supplicibus vitam terrore peremptis.

13  
Spolian-  
tur.

Ut rabiem expleuit ferrum, furor alter habendi  
Ad spolia aduertit curas; iamque ipsa receptum  
Impendens tenebris dubio nox Marte canebat;  
Nam vicina volans iam mouerat agmina rumor  
Isacidūm, dederatque iras, animosque paratis  
Ulcisci ferro latronum ignobile bellum.

Nuncius  
stragis ca-  
stra exci-  
tat.

Exorbent ira lacrymas; nec saeva suorum  
Funera, nec plandū praedam, questūve requirunt,  
Arma omnes simul, arma fremunt; nec caca mo-  
rantur

Insidiis loca, nec per noctem incognitus hostis.

His medium sese Moses ardoribus infert  
Magnanimus, portansque Dei consulta profatur.

Moses  
promittit  
vltionem.

Utetur Deus bis animis, armisque: dolorem,  
Spe cohibete, viri, ne quid violentior irā  
Impetus, aut caco peccet vindicta tumultu  
Deterius: spolia in tuto sunt omnia vobis;  
Et paucas inopum furtiuo milite cades  
Cras Amalecita non pauca strage piabunt,  
Et iam non vicisse volent, nec longa trahentes  
Gaudia, caesorum vitas cum faenore soluent.

Nunniadem

Nunniadem Iesum praesago nomine vobis  
 Ductorem Deus instituit, spondetque salutem.  
 Vos conferte viros, atque arma electa tributim,  
 Obsequiumque Duci; peraget mox caetera virtus,  
 Et faciles oculos Deus ad sua praelia flectet.

Iosue  
 dux desig-  
 gnatur.

Alloquitur sic deinde Ducem. Tu prima capesse,  
 Tu postrema Dei fatali nomine bella  
 Nunniade; clypeumque grauem munimine caeli  
 Tolle manu, quatiens vitali ex arbore ramos,  
 Ostenta Luna ac Solis fragrantia poma,  
 Felicis que poli sylvas, ac vera salutis  
 Pignora, FELICEM PATRIAM, quam poscimus  
 armis,

14  
 Eū Moy-  
 ses docet.

Ille dabit caelo victor, quem nomine gestas.  
 Lucifer ut primo tenebras purgarit Eo,  
 Duc acies, hostemque prior fidenter ouantem  
 Aggredere, in speculis stabo, & de vertice summo  
 Conciliante Deum Virgā, tibi debita mittam  
 Auxilia, ut iustas adamet victoria partes.

Clypeum  
 tradit po-  
 mis caeli  
 insignem.  
 Deut. 33  
 13.

Dixerat, eximiis Auses iam stabat in armis:  
 Bellipotens Deus illi animos, digna ora, manusque,  
 Consiliumque sagax opera ad tam grandia Martis  
 Addiderat, spes magna viro captabat honorem;  
 Strenuaque officii studium collegerat etas  
 Imperio matura satis, viridisque iuuentā.  
 Certatim coiere Duces, lectissima gentis  
 Robora, electas numerato milite turmas  
 Sub vexilla vocant. Sed ne certamina mole  
 Turba grauet; meliusque manus collecta lacertas  
 Contractis moueat numeris, & gloria caelo  
 Stet sua, cuius opem sine multo milite virtus  
 Senserit, exiguas placuit conscribere vires;  
 NEMPE, VIROS poscit, non plurima bellum.

Iosue di-  
 gnitas &  
 virtus.

15  
 Delectatō  
 habet.

230 MOYSES VIATOR.

*Millia terna tribu de qualibet eligit Auses,  
Et quatuor secant in partes: pars cetera castris  
Desidet, egregium Ducis aspectura laborem,  
Iussaque subsidio portas, vallumque tueri.*

Partitur  
in qua-  
tuor Du-  
cos.

*Principibus quatuor totidem sub signa coactas  
Partitur, mandatque acies, campoque patente  
Explicat, electumque locat stabili ordine robur,  
Assignatque situs, alternaque signa mouendis*

Disponit  
& exercet  
militem.

*In latius omne globis, celeri ut discrimine sortes  
Compulerint, & certa omni prudentia casu  
Consilium in campo dederit, seu forte referre,  
Seu deceat proferre pedem: nil caca libido  
Audeat, aut praeceptis rationem obnubilet ira:  
Non timor eripiat mentem, non gloria tollat.*

*BELLA VOLVNT ratione geri; neque maxima virtus  
Viribus est, aut ingenio censenda ferinis.*

*IUSTITIÆ EST graue Martis opus. Ius arma  
tuentur,*

Curata  
corpora.

*Aut repetunt; iustasque iubet victoria leges.  
Postquam dispositis haeserunt agmina signis,  
Mandatque, vices Ducibus sunt, & sua cuique  
Munia, quod superest noctis curare iubentur  
Corpora, dum missus redit explorator ad hostes,*

Excubias  
positas.

*Excubiasque procul mediis intericit agri.  
Ac propè ad hostiles castrorum promouet ignes.*

16  
Explora-  
tores He-  
braei.

*Tres ierant cursu insignes, manibusque perinde  
Ac pedibus prompti, & pariter solertibus acres  
Ingeniis, seruare locos, captare loquentum  
Consilia, & certos hostis deprendere sensus.  
Adreptant taciti, summoque ex aggere fossæ  
Per tenebras inimica oculis castra omnia lustrant.*

Speculan-  
tur castra  
hostium.

*Equoreas numerum cernunt qui vincat arenas,  
Immensisque procul se fundere millia campis,*

Et

Et passim vigilare ignes; nec in agmine tanto  
 Mole sua quidquam turbari, aut cedere somno;  
 Precipere arma animis omnes, lucemque sequentem  
 Expetere ad pradas: quid enim Memphitica possint  
 Mancipia, excussis nisi vertere terga catenis?  
 Regem ipsum mediis cernunt equitare manipulis,  
 Hortantemque Duces, & signa mouere parantem.

O segnes Amalecitas! etiámne potestis  
 Carpere adhuc somnos? neque spes hodierna soporem  
 Rumpit adhuc? nec adhuc memores hesternæ tenetis  
 Auguria, & captos primis congressibus hostes?  
 In manibus prædæ; superest sed plurima belli  
 Illecebra, & merces: certum est odia omnia fratrum  
 Hac hodie finire manu, regnumque minori  
 Eripere, & natu maiori reddere sceptrum.

Hæc, simul inflatisque tubis vigilare cateruas  
 Imperat, & lateri cunctos accingere ferrum,  
 Præuertique diem furtis, dum copia campo,  
 Quam cupit, & fructus pugna sibi detur aperto.

Hic subsessores iuuenes, nec plura morati  
 Exarsere animis. Qui vocalissimus Idas  
 Clarisonâ insultans exclamat voce per umbras.  
 LATRONVM est fugitare diem; tua furta sub auras  
 Protrahet exoriens iusto cum vindice Titan.  
 Inuenies animos, non quæ seruilia fingis,  
 Vt tua nobilibus vesania vapulet armis.

Hæc simul, & tortas balæari verbere glandes  
 Tres iaciunt, totidem neruo stridente sagittas  
 Auspicium pugnae, casso nulla incidit ictu:  
 Sed totidem certo sparsferunt vulnere mortes.

Gliscit Idumæo pudor, & violentia Regi  
 Ire equites, vallumque iubet transcendere saltu,  
 Infamemque notam illis auertere castris:

Castra  
 Amalec  
 intēta ad  
 pugnam.

Huzæ  
 Regis fi-  
 ducia.

17  
 Hebrai  
 explora-  
 tores in-  
 sultant  
 castris.

Huzæ  
 Regis in-

232 MOYSES VIATOR.

*Sed iuuenes Hebraea fuga iam castra tenebant.*

18

Acies ca-  
stris edu-  
ctæ.

*Iamque sub auroram sensim pallentibus astris*

*Stabat Horebeo prospectans vertice Moses*

*Eductas castris acies, qua Sole propinquo*

*In campum aduersis densa legionibus ibant.*

*Inde Amaleciadum insanis clamoribus ala,*

*Effusique ruunt pedites, ceu mane renato*

Amaleci-  
æ similes  
coruis.

*Mensibus hibernis fundunt se millia syluis*

*Coruorum, camposque petunt, aut littora; longè*

*Arua sonant, raucisque stupet clangoribus aether;*

*Fuscavere diem pennis, campumque prementes*

*Nigra nube tegunt, rostrisque voracibus arctant.*

Huzæ ha-  
bitus &  
arma.

*Eminet in furuis sublimior Huza quadrigis,*

*Despectatque acies villosa hirsutus in urso,*

*Moribus Esaydes, feritate exultat auita;*

*INGENIVMQVE notho peius cum sanguine fluxit.*

Venator  
vt Elaii.

*Tela sonant humeris, arcusque insigne paterni,*

*Longa manu lato praefert venabula ferro.*

*Ille ubi vicinos audere in praelia vidit*

19

Huza al-  
loquitur  
suos.

*Isacidas, validoque gradu decrescere campum,*

*Bellatoris equi tergo susceptus habenis*

*Flectitur in cuneos, aciesque hortatus oberrat.*

*Nunc animis, Amalecite, nunc fortibus hora*

*Pectoribus, dextrisque: Di, sic spero, fauentes*

*Hanc dixere diem vobiscum abolere parati*

Bidetur  
Gauicās  
Israël.

*Dedecus antiquum, veterisque opprobria fraudis.*

*Loripedes Israelitas meliore palestra*

*Sternere nunc pronum, victosque extendere campo,*

*Quos cophinis domitos Phariis penuria vicit,*

*Et sitis: ire pudet contra, & spoliare iacentes;*

*Vix unum deni è vobis, qui pugnet, habebunt,*

Spē præ-  
dæ facit.

*Utendum sed sorte Deum: pugnabitur olim*

*Ad decus, & laudem; sint hec modò praelia lucro,*

Pro



Pro spoliis Pharaonum, antiquo & Taneos auro.  
Ergo animis reuocate odium, redituraeque nunquam  
Tempora, quae Superi dederint, absomite ferro.

PARTVRIT aeternam pugna breuis hora quietem.

Sic ait accendens iras: tum cornua longè  
Porrigit, & medias acies legionibus implet.

Ipse ingens, animis que ferox, & robore praestans.

Nec minus ex alia fidenter parte propinquant

Nunniades, quatuorque duces; undantibus altè

Vexillis, delecta gradum spe millia firmant;

Intentis vadunt animis, ultròque silentes,

Vt melius fortunam oculis, hostemque quieto

Sortitu excipiant, primòque in turbine frangant.

Manalios sic cum saltus agitante Diana

Turbauère feras, actòsque cubilibus apros

Excussère canes, triuius immisit apertis

Spumantes furor; in medio stat poplite fixus

Venator, ferrumque tenet connixus in hastà,

Cespitèque aduerso firmatum hastile minatur

Expectans, ruit acta canum latratibus ingens

In ferrum, seque ipsa suo fera vulnere figit

Transadigens, caco cursu dum fertur in hostem.

Ille capit cultrum, iugulumque in gutture rumpit.

Pulvere nequicquam infrendens dentem exacuit sus.

Intentus sic Nunniades procedit in hostem,

Disponitque suos. It dextra in fronte Nahasson;

Fulgentemque auri radiis, minioque leonem

Ardentem, patri praefert insignia regni.

Consequitur clypeata phalanx: iunguntur utrinque

Zabuli, Issacharisque manus, queis propria pendent

Suppara, & insignes proauito stemmate sortes.

Anchora fluctifono Zabuli in littore puppim

Alligat, argenti turgent vada carula spumis.

P 5 Issachar

Disponit  
aciem.

20

Iosuae a-  
cies, co-  
posita, fe-  
data, filès.

Similes  
attèto ve-  
natori &  
tacito.

Furor  
præcep-  
noxius.

Prudentia  
Iosuae.

21

Nahassó  
Dux Iu-  
dz.

1. Vexil-  
lum, leo  
Iudz.

2. Zabuli  
anchora.

234 MOYSES VIATOR.

3. Issa-  
char, afi-  
nus for-  
tis.

Issachar inuictum questu lactante laborem,  
Suppositis oneri costis testatur Aselli.

Fertilibus patiens ultrò pecus accubat aruis,  
Cui medio geminus stans auro Terminus heret.

Tribus  
Ruben.  
4. Man-  
dragor.  
Gen. 30.  
14.

Leuam aciem ductat Princeps Rubenos Elisur,  
Mandragoris humana procul simulantibus ora

Insignit vexilla cohors, mediàmque coronat

Humano vultu faciem; quo callida philtro

Æmula vota Lie illusit mercata maritum.

5. Simeō,  
ensis.

Rubeni accedunt Simeon, & Gaddus in armis,  
Et coniuncta locant sociis tentoria castris.

Fulgentem argento Simeon suspenderit ense

Pro signo, quantum, quo sydera terret Orion

Fulgurat, & velo ludentes verberat auras.

Gaddi.  
6. Vexil-  
lū, miles.  
22

Ferrens, & toto cataphractus corpore miles

Gaddiadum labarum granat: ut duo protegat vnus.

Tertia Ephremais acies viget inclyta turmis.

Ephraim.

Elysamas pubem ductat, niueique iuueni

7. Tau-  
rus.

Taurinam attollit speciem, qui vomere forti

Niliacas vertit glebas; hunc copia pomis

Obruit, & frugum fertis annona coronat.

Manasses.  
8. Rhino-  
ceros.

Cognata hunc propior sequitur legione Manasses

Rhinocerota tenens cornu; placidòsque labores

Taurorum armatâ stimulatus protegit irâ.

Bējamin.  
9. Lupus.

It comes ille rapax fratri lupus, acer & ipse

Irarum stimulis, quanquam languente senectâ

Editus obtinuit materno funere vitam.

Stat spoliis prado in mediis, ebulòque cruentum

Faucibus, & rictu velum lupus haurit hianti.

Inde lupi legio galeas de pellibus aptat.

Tribus  
Dan.  
10. Cera-  
stes equū  
mordens.

Danniadūm iam quarta acies vicina locatur

In mediis, laterique heret conclusa sinistro.

Extulit immanem telâ volitante cerastam,

Purpureis

Purpureis cui terga horrent liuentia squamis,  
 Saevus apex capiti assurgit, nunc astra laceffit  
 Assultu, nunc depositum caput orbita condit,  
 Ut peditum plantis, ut clam insidietur equorum  
 Calcibus, excusosque equites voret ore trilingui.  
 Iam cupit extremo mundi dare vulnera talo,  
 Collectamque fouet rabiem sub dentibus atris.  
 Mordebit coluber, postremaque toxica sparget  
 Regulus heu! ima Danos de face creatus;  
 Va populis, quibus hoc spumabunt felle venena.  
 Nephthalidae iuxta pignant, Ceruūque tuentur,  
 Emissum maculis, campoque patente volantem.  
 Necdum fata sciunt patriis olim edita fastis.  
 Ille dabit campis strages, pugnaeque timorem  
 Excutiet pressus canibus, seuoque latratu,  
 Ad Cissonis aquas Sisaram fuso agmine vertet,  
 Eripietque suos. Ceruo dux foemina belli,  
 Foemina diuino fundens mera mella lepore.  
 Denique triticeis Aser clarissima libis  
 Signa mouet, puro suspendens farre maniplos,  
 Hinc & purpurei mensis accedere Reges  
 Optabunt, ad delicias suauissima liba.  
 Hos omnes peditum cuneos pedes ipse praibat  
 Nunniades: neque enim Isacis tunc ullus equorum  
 Usus erat, pugnas solitis praestare pedestres.  
 Vertitur in mediis ductor, lenioraque tela  
 Extrahit ante acies, primoque in puluere sistit,  
 Et iubet effusa telorum grandine, rursus  
 Ilicet in medias tutos succedere turmas;  
 Tum gladios aptent dextris, & scuta sinistris,  
 Procursuque iterum releuent prima agmina frontis.  
 Dein sic hortatur strictis mucronibus omnes.  
 Haec causa est, bellumque Dei, qui praeiuit arma,  
 Et

Antichri-  
 stus co-  
 luber.

Nephthali.  
 11. Cer-  
 uus emis-  
 sus.  
 Barac &  
 Debora.  
 Iud. 4.

Aser.  
 12. Panis  
 pinguis.

23  
 Hebraei  
 omnes pes-  
 dices.

Iosue ve-  
 litē pra-  
 mittit.

236 MOYSES VIATOR.

Alloqui-  
tur suos,  
& firmat.

Et iubet, ille dabit vires, animosque catervis,  
Successumque suis: laesi hac iniuria caeli,  
Quam nunc ulscisci manibus, ferroque iubemur.

Causa Dei  
est.

Virtutis prima hac, fideique pericula nostra.

Omen vi-  
goris.

OMNIA SVNT in principis; illo ordine deinceps  
Cuncta fluent, quem quisque animo, dextraque sibi  
nunc

Instituet. SÆPE VNO INGENS decus obtigit actu.  
Fortiter hic cecidisse decus, vitamque putate

Decorum  
hic mori.

Illustrem famam, & pretio virtutis emendam.

Miles &  
Dux pa-  
res forte.

Ille mihi contingat honos: neque premia miles

Inferiora meis quisquam pete: sorte licebit

Nos omnes pugnare pari: commilito primus

Hostiles feror in cuneos; vestigia tantum

Obtestor Ducis, atque manum observate sequentes.

Exemplū  
Ducis.

Ite & in adversos, & mecum vertite terga.

Estē viri; neque vos numero conterreat hostis.

Non in  
numero  
victoria.

Abramida sumus, ex illo de sanguine patris,

Qui fortes etiam famulas in praelia dextras

Abrahæ  
vernæ  
318.

Auspiciis, ductūque facit; qui quinque tyrannos

Victores, prædā tumidos, populosaque turbā

Ter senis, & ter centum fugat agmina vernis.

NON DVBITAT COELO adscribi victoria parvā

Dei victo-  
ria.

Parta manu; Deus hinc melius cognoscitur author.

Nunc illi præbete manus; nunc stringite ferrum:

Ecce vocant hostes. Sic fatur, & agmine certo

24

Exultans præit ipse gradu; clypeumque coruscat

Clypeus  
Iosue  
qualis.

Ingentem, & Solis radius, & Nomine Sancto

Fulmineum, radiat fulvis adamantinus umbo

Inclusus circum clavis; micat aspera tortis

Poma So-  
lis, & Lu-  
næ Iose-  
pho pro-  
missa.

Circum oras chalybum nodis solido ære corona

De viridi electro ramos, frondésque smaragdo

Circulus implexis nectens cœni brachia sylvis

Ambit

Ambit opus; pendent cœlesti ex arbore poma  
 Aurea, de Luna, ac Solis decerpta viretis,  
 Astra suis blandè arrident Titania donis;  
 Solis enim ac Luna sapphirina stabat imago  
 Lucis in obsequium, & longa miracula pugna:  
 Solem infra, Lunamque fluunt cum nectare rores  
 Nubibus, & silices tellus illuminat auro,  
 Torrentesque undant confusi lactis amomo.

Sol, &  
 Luna in  
 clypeo.

At medium umbonem nativa in imagine gemma  
 Non hominum calata manu, temeratave ferro,  
 Attollit, firmatque adamas, cœloque tremendum,  
 Atque Erebo præfert, haud ulli effabile Nomen.

In umbo-  
 ne nomē  
 Iesu.

Hoc munus pater Isacides moriturus, apertis  
 Fata legens in morte oculis promiserat olim  
 Iosepho; quem præcipuo complexus amore  
 Virtute eximium donis, & honore sepulcri  
 Exsortem fratres inter præstare volebat;

Iacobi in  
 Iosephū  
 amor.

Cuius adoravit moriens fastigia sceptri.  
 Ille potens Phariis opibus, post fata parentis  
 Effinxit monumentum auro, & gentile sacrauit  
 In specimen: tumulo exunias posuere nepotes.

Elysamas illum inde tulit, cum tolleret ossa  
 Iosephi, ingressus patrij penetrabile sepulcri.  
 Nunc illo se Nunniades, aciemque tuetur

Ancili; dedit ipse Duci gestamina Moses  
 Mystica, que stellas, & præcipitantia possint  
 Astra tenere polo, Solisque infringere cursus.

Soli, &  
 Lunæ im-  
 perabit.

Sic Gabaon Solem; sic Lunam è valle morantem  
 Aialon videre, Ducis clypeoque, manūque  
 Elata immotos currus ad iussa tenentes.

Nunc animis eisdem fiducia vadit in hostes.

Quos ubi iam metas intra, spatiumque sagittæ  
 Ingressos videt aërio de culmine Vates;

25  
 Moyses in  
 monte o-  
 rans figu-  
 rat Chri-  
 stum in  
 Cruce.

Collacrymans

238 MOYSES VIATOR.

*Collacrymans tollit duplices ad sydera palmas,  
Brachiaque extendens virgam comprehendit utraque  
Fatalem, validaque Deum sic voce precatur.*

*Pfalm. 2.*

*Quare  
frēmuerūt  
gentes?*

*O Pater, heu! tantōne tuo molimine Regi  
Sceptra, domūmque paras populis toto orbe vocandis?  
Sic tamen & Reges pateris, populōsque tumentes  
Infremere, & motis consultō incurrere bellis  
Te contra, Christūmque tuum? tibi sceptra, thro-  
nūmque*

*Conari eripere; & cœlum fœdare ruinā?  
Fœdere iunxerunt vires, animōsque: nec audis  
Hortantes scelera, atque odij insanabile virus?  
Quis Deus è cœlo nobis obstacula ponat?  
Quis leges, aut arcta ingo dare frœna solutis  
Audeat? aut laqueo regalia nectere colla?*

*Conspi-  
rāt gētes  
in Christi  
regnum.*

*Vt semel excussi fasces, abruptaque vincla.  
Nunc agite, indociles legum, dominōsque perosi,  
Exoriens cœli properate exscindere regnum:  
Libertas genialis erit, bonaque otia merces.  
Sic illi, Pater, insultant: tu lentus in iras,  
Aut simulas somnos, aut hæc iam segnior hauris.*

*Amalec  
belli au-  
thor.*

*Incentor populorum Amalec, & buccina bellis,  
Quæ coniurato mouerunt fœdere gentes  
In regnum, Christūmque tuum; sit & impius idem  
Exemplo: quippe insidians præcludere primus  
Ausus iter dira innocuis ultrò intulit arma.*

*Allego-  
rta.*

*Det pœnas, Reges doceat sua facta sequentes,  
Vt castigato ponant arma impia fastu,  
Sit facilis, sit tuta tuo via publica regno.*

*26  
Pagnam  
orditur  
Iosuc.*

*Talia perstabat poscens prece supplice Vates:  
Non mentem, non ille manus, virgāmve remittit;  
At Deus egregium pugne accendebat amorem  
Militibus. Campo insiliit, quæ prima rotatis*

*Iussa*

Iussa manus fundis luentia spargere plumbi  
 Pondera ; contortæ strident scisso aëre glandes ,  
 Scuta aduersa virum , & galeis cedentibus ora ,  
 Densaque effracta crepitant sub grandine costæ.  
 Plumbea tempestas equites hoc turbine primos  
 Corripuit , strauitque solo : nam plurima saxis  
 Crura labant elisa ; cadunt ; claudive resistunt  
 Cornipedes ; partim amissis raptantur habenis  
 Lapsi equites : cerebrum campo cum sanguine miscet  
 Vngula ; confusis hac primùm strage manipulis ,  
 Consumptoque soli spatium , quod plurima sternunt  
 Corpora quadrupedum stupidis languentia neruis ;  
 Afflictique Duces casu , concedere retrò  
 Compulsi , vt media spatium reddatur arena.

Nunniades instare suos hortatur ; & ardens  
 Ipse prior campum medium , stragemque per ipsam  
 Occupat , & persultat equos , equitumque iacentum  
 Funera , cedentique leuem rursus admouet hosti  
 Militiam : exhaustis pubes acerrima fundis  
 Vertitur ad pharetras : cælum latet omne sagittis.  
 Obuia tela volant hinc inde sonantia curuis  
 Arcubus , & rubea stridunt ceu fulgura penna.  
 Vertit Idumeas iterum seges area turmas ;  
 Nullaque non ictu certo peruenit arundo ,  
 Exitiumque tulit : contra torpentibus alis  
 Tela Amaleciadum medio languentia cursu  
 Decidere ante pedes , campoque innoxia figi ,  
 Isacide vellunt alacres , hostique remittunt  
 Cornibus excussos hamatâ cuspide iuncos.

At simul vt telis pereuntes Huza retortis  
 Aspexit trepidare suos ; de milite nondum  
 Isacio quenquam iactare in puluere calces :  
 Senuit inops animi , primosque interritus inter

Adstitit,

Velitatio  
 prima  
 Fundito-  
 rum.

Iosue in-  
 stat cedē-  
 tibus.  
 Velitatio  
 Sagitta-  
 riorum.

27  
 Huza  
 suos si-  
 stit.

## 240 MOYSES VIATOR.

*Adstitit, & tali trepidantes voce repressit.*

Magis  
adscibit  
impres-  
sionem.

*Hic etiam magicis sperasti, Hebrae, venenis  
Ferrum hebetare manu, Solique offundere noctem;  
Ut colubros torpere iubes, & flumina cantu?*

*At modo cruda scies, quid possint brachia puris  
Ensis, & nullo cessura carmine Luna.*

Scutatos  
opponit  
ordines.

*Hac ait; & positis pugnam reparare pharetris,  
Lunatas peltis acies iubet ense corusco,  
Hastatasque gradum pariter proferre phalanges,  
In latera ire equites; longoque utrinque reductos*

Explicat  
equitem.

*Circuitu hostiles cuneos involuere turmis,  
Dum faciem ferit ipse, illi latera undique vexent,  
Hostilemque aciem simul uno tempore pulsent.  
Vim faciant numero, sit caca impressio virtus.  
Haud secus ac iussi faciunt: subit agmine firmo  
Sub clypeis protecta phalanx, & torua repandis  
Ora intro condens galeis, mucronibus horret  
Fulmineis, partim praefixis ferrea contis.*

28

Iosue sta-  
tariam pu-  
gnam fa-  
cit.

*Velite Nunniades celeri post terga recepto  
Exilit, & gladiis clypeos opponit, & hastas,  
Arque pedes pedibus confert, haeretque viro vir  
Exemplo Ducis; ipse prior certamina dicat,  
Et facit; impulsu primo ferale minantem  
Mole Cyclopa, dextraque hastile mouentem,  
Arboreum, & socios immanni umbone tegentem,*

Hylam  
gigantem  
sternit.

*Sternit Hylam: subit, & clypei testudine tectus  
Eludit, supraque caput longe eleuat hastam;  
In latus, & qua se lorica sub ilia laxat  
Nixus humi immerso penetrat vitalia ferro,  
Scrutatúrque altè fibras, & vincula vite.*

Insultat  
occiso.

*Ille fluentem animam fuso cum ventre supinus  
Eicit, & magno consternat funere Martem  
Ora super transgressus ait morientia victor.*

Disce



Disce animis censere viros, non mole Cyclopum.

Ite, viri, audentes contra haec simulacra virorum

Enacidas: patet haec telis in vulnera moles,

Et facile est ictus nullos hic perdere ferro.

Ne temerate manus spoliis, dum gloria restat

Carpenda: intenti gladius calcate cadentes.

Sic ait; infestoque petit fortissimus ense,

Vt se quisque tulit contra, procerior armis

Ante acies, Atlanta trucem, paribusque tumentem

Horrendum membris, fastuque, & voce Mimanta

Proterit aduersos, vt Hyla succurrere lapsa

Tendebant, clypeumque viri seruare reuulsum,

Pectore, ni recipi corpus miserabile posset,

Et tumulo condi Manes. Iam fortibus, inquit,

Reddemus clypeos; neque enim gestamina molles

Ista decent Amaleciadas: sunt corda lacertique

Isacidis, quibus haec moueant praestantius arma.

Dixit, & obiecto praestinguens lumina ferro

Attonitum iubare Atlantem, radiisque stupentem

Sydereis ferit in iugulo, longaeque supinat

Impulsum, & nimia lapsantem in luce relinquit.

Moxque Mimas fato simili damnatus, vt ora

Percussere faces, clypeique micantia tela

Confixere oculos, trepidique labantia membra,

Exosamque animam luci testata, retrorsum,

Auertere; Auses titubantem praenit ense,

Obtruncatque ferum quaesito in faucibus ictu.

Ast illis stantes oculi, ceu fulmine tactis,

Vt squamis in morte rigent: sic torua corusco

Lumine Palladio speculi flammantis ab orbe

Perstrictos Gorgon oculos, auersaque monstra

Anguicomi torsit capitis; Danaeius Heros

Occupat; in colubros adamantina fulgurat harpe,

Q Saxificumque

Alios E-  
nacidas  
maetat.

Clypeos  
eripit fra-  
gis.

Clypei  
fulgure  
excacas  
hostes.

Sic scuto  
Palladio  
caesa Gor-  
gon.

## 242 MOYSES VIATOR.

*Saxificumque caput Furia à cervicibus aufert.*

29

Varie a-  
liorū ca-  
des.

*Sic ductor, sic Isacide rem fortiter omnes  
Collato pede quisque gerunt. Athamanta trucidat  
Elysamas, Holophernis equos subneruat Elisur  
Poplitibus sectis: cunctantem in curribus altis  
Ipse Ducem validè intortà transuerberat hastà.  
Salamiel petit ense Lycam, cui ferrea cassis  
Exuias induta lupi clausa ora tegebat.  
Captabant oculis angusta foramina lucem;  
His mucro rimatus iter, lethumque fenestris  
Intulit; hanc animam vinclis & casside soluit.*

Amaleci  
cassa tela.

*Indignatus Halys casso tot spicula spargi  
Conatu, nullum esse suis penetrabile telum,  
Scutorum summas tantum perstringere crates  
Isacidum, aut tunicas inter torpente morari  
Cuspide, nec cuiquam descendere in ilia ferrum;*

Nulli ca-  
dunt He-  
brai.

*Desilit è curru praeceps, & voce furorem  
Ad socios testatus ait. Nil tela, nec enses  
Sidonios nunc ista iuvant: spes nulla salutis  
In ferro, quod carminibus sic fascinat hostis.  
Proiicite arma manu, validis hostile lacertis  
In iugulum mecum ite viri, nunc frangere fauces  
Usus, & auulsis cantus compescere linguis.*

Queritur  
Halys ve-  
nificiis  
stare ho-  
stes.

Inuadit  
fauces.

*Proiecto sic ense fremit, contraque Nahassum  
Vastantem cuneos, atque obuia quaeque metentem,  
Precipiti infertur cursu, iuguloque prehensum  
Implicat, & manuum nodis, & pondere vasto,  
Scrutatúrque viam lethi, qua buccula fauces  
Tutatur galea, thoracisque ora trilicis.  
Frustrà implorat opem longis Iudans ab armis,  
Et frustrà harentem nexu diuellerè tendit.*

Nahasson  
Halym  
sternit.

*Ergo manu capulum attollens crebro occiput ictu  
Contundit, repetita sonat sub verbere cassis,*

Ac

*Ac tandem effuso foedatur aperta cerebro.*

*Ad terram defluxit Halys, nexûsque remisit,  
Quem pede protrusum victor sic increpat ore.*

*Carminis hæ nostri vires, hæ ferrea cantus,  
Quæ similes nunc conciliant tibi pharmaca somnos.  
Sic Abidan, sic Gamaliel, sic fortis Ahira,  
Sic alij quacunq; Duces occasio pugna  
Impulerat, fundunt hostes, vertuntque retrorsum.*

*Interea Moses summo de vertice montis  
Prospectans pugnas, ut brachia fortè parumper  
Contento defessa situ, mentemque remisit  
Successu belli latus, famaque suorum;*

*Hostibus ecce ferox redit in præcordia virtus.*

*Conuersos reuocata ferunt in prælia vultus,  
Isacidâsque gradu depulsos robore trudent.  
Primâque confertis repetunt vestigia turmis.  
Sentit opem Rex Huza suam, virésque cadentes*

*Hostibus, erectosque suos; queis talia cursim  
Hortamenta dabat. Rediit fortuna, sequamur,  
O socij, prensamque comâ teneamus, & armis.*

*Impetus ille ferox, primus fuit: OPTIMA BELLO,  
Quæ postrema manus finem virtute coronat;  
Hæc teneat campum, quæ nos fortuna reponit.*

*Ergo agite, & primam ferro deradite labem,  
Hoc campo reparandus honos. Sic fatus in hostes*

*Mille rapit secum emeritos, & cedere cogit*

*Isacidum versas acies: instaurat Orestas*

*Parte alia effusas laxatis cornibus alas.*

*Vi tota pugnatur opum; nulla irrita tela:*

*Funditur ater utrinque cruor; victoria campo*

*Fluctuat, ac sensim Tyrios inclinat in enses.*

*Iehosua dolor exarsit, frustra que labantes*

*Exemplo, verbisque suos reualescere suadet.*

Sarcasmos in  
iacentem.

30  
Moses  
manus re-  
mittit, &  
cedunt  
Hebræi.

Reuales-  
cit Ama-  
lecus.

Huza  
suos hor-  
tatur, &  
reponit  
gradu.

Fugiunt  
Hebræi.

Victoria  
anceps.

Q 2

Quis

## 244 MOYSES VIATOR.

31  
Iosue  
suos a fu-  
ga reuo-  
cat.

Quis pudor, Isacida, deserta relinquere signa?  
Hæc Amalecites vobis monumenta parentum  
Auferat? hæc versis proauita oracula fati  
Riserit? & patriam simul hauserit belluo lentem?  
Quin morimur sine labe prius, quam talia vini  
Dedecora, illusosque patrum spectemus honores?  
Respicit hæc nostro placandum sanguine Numen,  
Ultor erit, Mosisque fidem Deus adstruet author.

Solus ferè  
fortiter  
pignat.

Sic ait, ardentemque rotans fert obuius ensem,  
Mille duces contra: pugnam iam sustinet unus.  
Hunc clypeo propulsat, & hunc; hos cuspside figit,  
His capulo malas, propioraque pectora rumpit.  
Iam campo propè solus erat, dum distinet hostes  
Fulguris instar agens obliquo limite ferrum;  
Omnia tela hebetat nulli penetrabile scutum.  
Sed vires nisi virga daret, Mosisque supina  
Ad cælum cum voce manus, intentaque ligno  
Brachia, desertus campo pugnaret Iesus,  
Qui manult vicisse suis, & vincere iunctis  
Viribus, in socias, ut eat victoria dextras  
Communis: CLVIT INVICTO CVM NOMINE SIGNVM.

32  
Moses  
iterum at-  
collit ma-  
nus, &  
Virgam.

Hebræi  
rursus  
vincunt.

Simile à  
flamma,  
& pugna-  
ribus ve-  
tis.

Ergo manus, virgamque tenet vacuo aere Moses  
Intentas, cæloque preces iteratæque vota,  
Instaurat; redeunt animi, viræque, colorque  
Isacidis; repetunt pugnas, contraque tumentes  
Successu Tyrios reparato robore currunt,  
Restituuntque gradu Martem, campoque recepto,  
Ac velut in saltus flammam cum detulit Auster,  
Et piceis hasere faces, quas spiritus egit  
Africus, anteuolant ventos cum turbine sylua,  
In Boream pronis undant incendia truncis,  
Accliuësque iacent austrinis flatibus orni.  
Anirum aperit contra Boreas, stridente procella,  
Indignans

Indignans sua regna peti, Riphæaque flabra  
Laxat in aduersos Austris cedentibus ignes,  
Et proclinas in montibus erigit ornos,  
Ac Libycum sylvas, flammamque remittit in hostem:  
Sic Amaleciadum Hebrai vertere phalanges.

Viribus insistent alacres, animis que refecti  
Æthereis, seuum patrant toto agmine bellum;  
Nam simul intentis Moses ad sydera palmis,

Hec sibi bella geri vicibus deprendit iniquis,  
Alternante Deo sortes, ut fessa remissis  
Brachia conciderant manibus, fessa agmina retrò  
Isacidum cadere, & Tyrios insurgere victis.

Elatis iterum palmis reualescere campo  
Hebreos; Amalecitas obuertere terga,  
Effundique fugâ victos; immotus in illo  
Obdurat finire situ certamina Vates.

Sed victæ grauitate manus, & brachia magno  
Pondere sponte labant: mens quanquam erecta  
precando

Sufficit, OBLUCTATUR iners à pondere corpus,  
Debilitatque animi cognata mole vigorem:

Ergo Aron, Hurisque iubent considerare saxo,  
Et fatale manu viua de rupe sedile

Aduoluunt lapidem ingentem, nec sponte reuulsum,  
Subiiciuntque viro, mediique hinc, inde sedentis  
Nituntur fulcire manus, expansaque cælo

Brachia, ne qua graues Vatis mutatio palmas  
Deiciens, simul Isaciis extorqueat arma:

Sic voluit Deus his stare victoria causis;

NOMINE DVCTORIS, virgæque in monte precantis  
Ille acie nomen tulit, hic in vertice lignum.

TANTÆ molis erat geminas committere partes,  
Eisdem humeris noménque Dei, munisque Sequestri.

Q 3

Qua

33  
Moses  
obfirmat  
intentas  
cælo ma-  
nus in  
Virga.

Sedet in  
petra.  
Aron &  
Hur ma-  
nus ful-  
ciunt in-  
tentas.

Causa  
myiterij,  
& v. co-  
na.  
solue, &  
Moyles  
vnum ad-  
unbrant  
Christi.

246 MOYSES VIATOR.

Quæ duo complexus meritis, & nomine IESVS.  
IEHOSVES campo, montis stat vertice MOSES,  
Ut Stygios Amalecitas certamine fundat.

34  
Signo He-  
brais assi-  
gnata vi-  
ctoria.

Postquam igitur sedit Vates, immotæque sancto  
Membra situ, stant officiis effulta duorum;  
Non deinceps dubiis pendet victoria pennis,  
Quas se se ferat in partes: sublapsa feruntur  
Arma Amaleciadum retrò omnia; non peditum vis,  
Non equitum contra Isacios fert vlla ruentes;

Fugatur  
Amalec.

Nec iam vir pugnare viro dignatur honorum,  
Cum nemo contra aspiciat: confusa fugantur  
Agmina; non acies vllam tenuère figuram  
Armorum, fluxère cubis, fluxère solutis  
Forficibus numeri, cuneisque, intutæque castra  
Præsidio spolianda patent: fugientibus instat

Iosue in-  
sequitur  
fugientes.

Nunniades, ne qua imminuat fiducia palmam,  
Infestumque sinat contempto tempore bellum.  
Frustrà equites reuocans, & equo confisus Orestas  
Casorum in densis Regem vestigat aceruis.  
Accurrit, prehensâsque manu transuersus habenas  
Distinet, ac tali castigat voce Nahasson.

Nahasson  
occidit  
Orestam  
insultans.

Huccine te hesterni deduxit gloria furti,  
Callide, ab insidiis imbellem cadere caudam;  
Et captare inopem vulgo de paupere famam?  
Si qua tibi virtus, poteras hoc poscere campo  
Exuias; dabat ipsa viros fortuna, decusque  
Hic tibi; latronum nisi malle premia more.  
Nunc igitur morere ut latro. Sic fatus in ora  
Inuolat, & truncis inhonesto naribus ictu,

35  
Huza de-  
fertus à  
suis de  
morte de-  
liberat.

Mucronem abscondit iugulo; pariterque superbum  
Cornipedem in dominum duplicato vulnere sternit.  
Respectabat adhuc fugientem Amalecia castra  
Fortunam, exiguâ septus Rex Huza cohorte:

Attonitum

Attonitum immensis curis spes ultima rerum  
 Deseruit; fremit incertus, quæ extrema sequatur  
 Consilia: an paucis adeò comitantibus hostem  
 Expectet? mediòsne ultrò periturus in enses  
 Irruat, ac vitam si quo pote sanguine vendat?  
 An ferrum, dextramque suam sibi commodet ipse  
 Incumbens? an ludibriis laceranda pudendis  
 Membra, vel Hebræo det regia colla ministro?  
 An fugiat? Dj tantum, inquit, prohibete furori  
 Dedecus, ò si qui cælo cognoscitis Huzam,  
 Aut Erebo: mène amissâ post omnia famâ  
 Ferre fugâ lapsum sensus, atque ora meorum,  
 Eternumque pudore premi? regale secures  
 Hoc potius caput Isacias meritum imbuet opto.  
 Ah! ego ne Regum Manes, umbrâsque parentum  
 Dedecore auertam tanto, neque me, Esæ, talem  
 Aspicias, fractum fauces pendere nefastâ  
 Arbore; vel trepidum ad Mosis pallere tribunal.  
 Mène superba pati conuitia? Talia fando  
 Aptabat terra capulum; procumbit in ensem;  
 Ilibus infixum duplici exit vulnere ferrum.  
 In genua ipse cadens diras immurmurat Orco,  
 Et fugiente anima bella infinita nepotum  
 Ossibus, & gnatis omni pro funere mandat.  
 Oderit Hebræos Amalec sine pace colonos.  
 Horruerant visu comites: pars acta furore  
 Exemplum capit, usa suis in viscera dextris;  
 Pars fugit, & totis per noctem euadit habenis.  
 Postquam Nunniades latè tuta omnia vidit:  
 Stratam aciem: fusos hostes: sine milite castra:  
 Ense suo indutum, largòque in sanguine Regem:  
 Exuuiis sola strata: diem decedere cælo:  
 Sisti signa iubet, renocari à cade sequentes,

An fu-  
 giat?  
 An se de-  
 dat?

Occupat  
 ferro mor-  
 tem.

Odiæ æ-  
 terna suis  
 mandat.

36  
 Iosue re-  
 ceptui ca-  
 nit fuso  
 hoste.

Q 4

Et

## 248 MOYSES VIATOR.

Grates  
Deo acta.

Et lectis placidam spoliis traducere noctem ;  
Egregiasque Deo primum persolvere grates.  
Tum si qui iaceant socij perquirere campo,  
Et medicas conferre manus, aut reddere iusta.

Ex He-  
brais ne-  
mo amil-  
fus.

Iosuadum è numeris tanto in certamine nullus  
Corruerat : paucis vix saucia vulnere membra :  
Nonnullis perstricti artus, perfossaque scuta,  
Afflatos tantum telis, ceu fulmine, credas,  
Vana velut summas timuissent spicula vestes.

Pauci  
vulnerati  
leuiter.

Sic Deus eximiam gentem fingeat ad arma,  
Et duce sub tanto quiduis audere docebat.

37

Moyfes  
arā Deo  
ponit, vt  
trophæū.

ELECTIS de militibus sub Principe Christo  
Haud quisquam occumbit lethali saucius ictu.  
Postera cum primum lux inclarescere coepit,  
Congestisque graues spoliis in castra reuersos  
Accepere Tribus, & mixto gaudia plausu  
Implenere domos, laudatæque vulnera Diuum  
Fortunata manu ; protectæque Numine signa ;  
Nulla teri patiens sine fructu tempora Vates  
Emicat in medios, manibusque ad grandia saxa  
Adiectis, altare ingens ex tempore poni,  
Victorique Deo monumentum inscribere pugna  
Imperat, & primus molitur veete trophæum.  
Conuectant humeris immania fragmina rupis,  
Intactos ferro lapides, non arte politos,  
Componuntque situ commissos aggere quadro.

Sacra de  
manubiis.

Saxea in excelsam moles surrexerat aram,  
Accensisque super fumabat plurima flammis  
Victima, Phœnissa quæ pars lectissima præda,  
Spicula trunca virum, fractos cum funibus arcus,  
Scutæque cum pluteis, laceris cum curribus axes,  
Accumulant extructa rogis : cadit omnis in ignes  
Pompa Arabum, & viستا confusa superbia Petra

Ante



*Ante focos populis Moses gratantibus inquit.*

*Maximares incepta, viri: Deus adfuit ultor  
Bellipotens: eius armis Amalecius hic est;  
Impositaq; focis ardent de gente superbâ  
Primitia: vobis idem, quæ bella supersunt,  
Conficiet; tantum ne animis fiducia desit  
Freta Deo; tantum vestris ne adscribite palmam  
Viribus, ut summo sua detur gloria Regi.*

*Hanc illi monumentum operum sacrauimus aram,  
Illa Dei patrociniū cum nomine spondet*

*PRÆSIDIVM DEVS, Isacia quæ gloria gentis,  
Hoc sit perfugium vobis, tutelâque bello,  
Et paci: hinc poscenda salus; huc ipsa salutis  
Protinūs auditis referenda est gratia votis.*

*Talia dicenti subito vox raptâ, procūlque  
In seriem rerum, venturâque sæcula sensus  
Translati, monstrante Deo Samuelia fata,  
Deiectum solio Regem, miserandâque regni  
Dissidia, in Vatis discissâ sponte lacernâ  
Iuxta alium merite mortis terrore tyrannum,  
Et nimio trepidum pingui: formidine Vates  
Absoluit: cadit effuso cum abdomine regnum.*

*Sic Amalecicum caso perit Agage fama.  
Hæc memori mandanda euo, prodendâque chartis;  
Formandos oeliis animos populique ducisque;  
In stirpem exosam tradenda nepotibus arma.*

*Ut sensus rediēre viro, vocemque recepit,  
Iehosuem aggreditur dictis, ac talia mandat.*

*Hæc manus est, soliumque Dei, quod vertere ferro  
Tentarunt Amalecitate, cum surgere primum*

*Inciperet; primi inceptis posuere maligni  
Insidias: Deus ipse throno iuravit ab alto,*

*PER SOLIVM, elatâque manu, sceptroque suo, se*

*Ultorem*

38

Ara titu-  
lus, Domi-  
nus exal-  
tatio mea.

39

Moyſes  
videt fata  
Saūlis, &  
Samuēlis.

Agag,  
Rex A-  
malec.

Bellū sine  
fœdere in  
Amaleci-  
tas iube-  
tur: qua-  
re?

Iuratum  
Deo.

## 250 MOYSES VIATOR.

*Ultorem fore, nec sumptis semel, ampliùs armis  
Depositurum iras; donec cum Rege nefandam  
Exsciderit gentem; maribùsque ab stirpe reuulsis,  
Funditùs euersa eruerit Gebalitide nomen;  
Clam geret arma, palámque odiùs manifesta professis.  
Nulla igitur vobiscum illis hinc fœdera sunt,  
Sed grandes inimicitia, & viuacia bella;  
Exercete iras, huc omnia vertite tela.*

40  
Transitus  
ad Sinam  
montem  
& legem.

*Sic ait; & prior ad montem vestigia torquet  
Sinaum, Raphidim linquens ductante columnâ;  
Quæ gauisa sacram cœlo descendere Legem  
Exultat, properátque diem prauertere castris.  
Vt iam lustratos lux quinquagesima ciues  
Inueniat; fixis fuerit quæ tertia scenis.  
Nam Raphidim egressos alto iam Sole propinquâ  
Lux eadem montis radicibus applicat omnes,  
Magnâque sciscenda legi comitia cogit.*

Eadē die  
castra ad  
Sinā mō-  
tem.

LIBRI